

Aduertencias para

priuilegium sed ius commune. Quod si ita
est, non video quare benedictiones nuptia-
les debeant denegari , quando alter eorum
qui contraxerunt, nōdum eas recepit. Hinc
est ꝑ multi Parochi, & Ministri mandatum
Domini Archiepiscopi Petri de Cōtreras res-
puerunt, admittentes prædictam Extrauagan-
tem Ioannis. 22. & ea vtentes, sicut ab initio
hucus Ecclesiæ Indianæ, vñi sunt. Obiter ad
uertat Parochius ea quæ tertio notabili præ-
dicti. art.4. notat idem Pater Frater Focher.
Primo, quod quando benedicuntur spon-
sus, & sponsa, iam suo contracto Matrimo-
nio, sponsæ caput veletur, & illud velamen
quo velatur, extendatur super viri humerum
& non super eius caput. Secundo, ꝑ tunc ve-
letur mulieris caput cum in Missa dicit San-
ctus, & non tollatur ab eius capite, & ab hu-
meris mariti, donec finiatur Missa. Tertio,
ꝑ si fieri potest velamen sit duorum colorum
partim album, & partim rubeum; hoc est per
mixtum sit colore albo, & purpureo, seu ru-
beo: ut ponitur in cap. Feriæ.30.q.5. & hoc
si fieri potest cōmode, quod si nō est per mix-
tum tale velamē colore candido, & purpureo
parū refert. Immo si alicubi neq; in Ecclesia